

August Varenius Hermann Lebermann

Collegii Isaiani Partis III. Disputatio XX. Ex Cap. LII. & LIII. Isaiano Repraesentans bellum Iudaeorum domesticum, & per hoc Jesum Nazarenum, Synagogae Iudaeorum positum in signum contradictionis

Rostochi[i]: Richelius, 1666

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774782471>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1.Dez. 1666

Varenius, Aug. /c

COLLEGII ISAIANI
PARTIS III.

DISPUTATIO XX.

Ex Cap. LII. & LIII. ISAIANO

Repræsentans bellum Judæorum
domesticum,

& per hoc

JESUM NAZARE-
NUM,

Synagogæ Judæorum positum in si-
gnum contradictionis.

Quam

כֶּסֶם יְרוּסָה וְנִשְׂאָה גִבּוֹר מֵאֵד

PRÆSIDE

AUGUSTO VARENIO,

S.S. Theol. D. & Theologo Professore, Consistorii
Ducum Assessore, & p. r. Collegii Theol. Decano.

publica collationi submittit

HERMANNUS LEBERMANNUS,

Lubecensis.

Calend. Decembr.

In Collegio MESOSELENII

☉ :) (o) (: ☽

ROSTOCHI,

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.

ANNO c^o l^o l^o LXVI.

COLLEGIUM
PHYSICUM
DEPARTMENTUM
IN CURIA CIVITATIS
REGIUM BOLLANDI HINGORUM

RESUMMAZARF

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

Concl. I.

Dedimus supra breve quoddam interpretamenti Judaizan-
 tis paraphraseos Grotianæ, Examen, & simul curriculo
 quoddam tum orthotomiam incomparabilis hujus de
 MESSIA vaticinii, tum interpretationem, & sensum lite-
 ralem, expedivimus. Juvat nunc, de hoc Sanctissimo Veteris In-
 strumenti Oraculo, domesticum Judæorum bellum, & per hoc,
 quàm etiam nunc Apostaticæ Synagogæ JESUS noster positus sit in
 signum contradictionis, & quàm ad hunc usque diem in *lectione Vete-*
ris Testamenti maneat impositum cordi illorum & non reiectum velamen,
quod in Christo tollitur, 2. Cor. III, 14. quàmq; ipsà hîc domesticâ
 contradictione excæcati puniantur, brevi ordinataq; per certas
 classes sententiarum, Synagogæ propositione, non sine epictisii,
 ubi opus, representare.

*Cujus scriptura non sunt
 reputata se ad hunc vaticinium
 hinc scripta post facta et
 facta et scripta et facta
 hinc scripta et facta et facta
 scripta et facta et facta et facta
 et facta et facta et facta et facta*

Classis I.

Proponens Bellum Judæorum,
 in expositione hujus Vaticinii de MESSIA.

Concl. 2. Tanta hujus Prophetiæ Evangelicæ claritudo,
 tantus illi gloriæ divinæ splendor inest, ut non potuerit non in i-
 psâ Synagogâ quibusdam aciem oculorum præstringere, & ipsâ lu-
 cis copiosâ majestate, expositionem de promisso MESSIA expri-
 mere, licet, dum in applicatione speciali hæsitarent, explicatio-
 nem de JESU, non magis, quàm ante Philippum ὁ δὲ κενὸν in curru
 Dynasta Æthiops olim, perviderint. Allegatus jam supra à nobis
 pro hâc expositione est vetustus Targumista Jonathan & Ramban:
 nec negant, vel ipso Abrabinele, qui novissimus inter celebriores
 Rabbinos commentatores vixit & post cæteros scripsit, teste: Il-
 lam de MESSIA fuisse רעת חכמים *f. sententiam sapientum Anteces-*
forum, & quidem in multis commentariis.

Concl. 3. Nec ita solùm in illo SERVO DOMINI המשכיל
f. ex sapientiâ illâ assumptæ formæ servi ad usque mortem crucis, prosperè
agente, MESSIAS לבנה לך אודעתו f. promissus ut venturus, est intelle-

88

88

ctus: sed & in illis tribus *majestatis de servo* prædicatis scil. 1. **עָלָה** exaltabitur. 2. **עָלָה** elevabitur. 3. **עָלָה** excelsus erit valde, agnita ab illis tanta gloria, & tantus eminentissimæ gloriæ gradus, qui non Abrahami solùm: sed & Mosis, nec Mosis solùm: sed & ipsorū Sanctissimorū Angelorū majestaté & gloriâ longè transcenderet. Allegavimus jam in superioribus hanc veterum Judæorum de triplicato exaltationis vocabulo, ejusdemq; triplicatâ in vocabulo ad Abrahamum, in 2. ad Mosen, in 3. ad Angelos relatione, sententiam, pro quâ nunc addimus saltim, quò simul constet, quid induxerit, ut sic referrent, ex Tanchuma (vetustissimo Judæorum scripto) commentationem ad l. Sach. c. IV. 7. *Quare Messias appellatur mons MAGNUS?* Respondet Rabbini sibi ipsi occupanti: *Quia longè major fuit Patribus, eò quod scriptum est: exaltabitur, elevabitur, excelsus erit valde. Exaltabitur sc. præ Abrahamo, de quo scriptum est: Extollo manum meam ad Jehovah, Deum fortem excelsum. Gen. XIV, 22. elevabitur præ Mose, de quo scriptum est Num. XI, 12. Excelsus erit præ Angelis, de quibus scriptum est Ezech 1, 18: ubi in apsidibus admirabilis quadrigæ, reverenda quadam celsitudo s. altitudo fuisse memoratur: וְרָבָה לָהֶם וְרָבָה לָהֶם.*

Concl 4. Apparet inde. Autorem Tanchuma, rationem illius, salvâ eminentiâ, comparationis Messias cum Abrahamo, Mose, Angelis, in ipsis vocabulis, quæ in 3. illis locis ejusdem cum tribus his prædicatis 1. **עָלָה** 2. **עָלָה** 3. **עָלָה** occurrunt, radicis, collocavisse, ratione non ad eò solidâ, sic ut ne dubium quidem, quin solidiori rationi traditio illa s. expositio vetusta fuerit olim superstructa. Satis tamen in præsens, agnitam in Messia eminentiam majorem, eminentiâ Abrahami, Mosis, Angelorum, quæ nec ex ipsorum locorum allegatorum in illâ transcendentali comparatione, nisi divina esse potuerit, si in exemplo 1. prælatura Messias ponatur in autoritate jurandi per semetipsum, cum Abrahamus juncturus extollat manum & elatâ sic manu juret per superiorem: si in exemplo 2. noceatur excellentia Christi præ Mose, in regimine Ecclesiæ, curandiq; per specialem providentiam, & temperatam *Phi. λ. α. θ. ω. m. α.* omnipotentiam populi e. e. Israelis, sic, ut, quòd præstare non potuerit

*Quæ hæc idem noem
officium, eorum etc. q
quæ sunt in pari digni
tate ab eximios. At
Mosis. E. d. in esse
diaboli in d. & homi
nibus. Atq; occidit iun
g. ad mortem. Mose
fidelis in tota domo
Dei*

*Qui in peccatis natus et
in in tota domo Dei
fidelis est, ille longè
vobis et gloriâ illig glo
riâ q. non est in peccatis
natus. huius in. facile p
Tavere voluntatem Dei
Atq; Mose.*

potuerit Moses, præstitit Messias, in 3 Majestas Christi tremenda, cui *omne genu flectendum*, sic ut exegetis primi sit Jel, 45, 23. Rom. 14, 11. secundi Jel 63, 10. tertii Pf 47, 3. 6. 10.

Concl. 5. Utramq; & illam Prophetiæ capituli de Messia explanationem, & excellentiæ Messia supra *Abrahamum, Mosen, Angelos*, prædicationem, jam per 7. serè secula, oculis parum æquis adspexere Judæorum Magistri s. Rabbini, quin, siue apertè illi repudiū libellum jam dudum miserunt, siue auctoritatem utriusq; sub prætextu allegoricæ accommodationis & multiplicis absurditatis, quâ, nisi torqueatur, laboret, elidere præsumserunt. Causa utriusq; *עבירות* opposita illi fidei & expositioni veterum, in promptu, sc. ne per agnitū hinc Messiam, & tantam illius supra ipsum Mosen, imò Angelos excellentiam, aliquid Christianæ hinc fidei accrescat, perfidiæ Judaicæ decedat, tam illi de Messia explanationi, quàm illi de prælaturâ Messia traditioni vis inferenda fuit: quod nec, qui post cæteros scripsit, Rabbinus Abrabini dissimulavit, qui sibi ipsi obijciens velut audax facinus, quod abire ausus sit ab illâ applicatione veterum & traditione Majorum de Messia, solâ se necessitate excusavit: *אין ראוי שאמר כן מפני שהמסורת הזאת היא לחסות בצלו* Timet scil. *præsumptos hæreticos*, propter quos & sibi, etsi cætero, qui parum faventi, deferenda haut sit illa *exegetis textus* Prophetici de subjecto nationali Israele.

Concl. 6. Priori illi Jonathanis & sapientum suorum Antecessorum de Messia (cui, dum nomen primum *מלכות* adimunt, malè nomen alterum *צדקנו* i. e. *justitia nostra* apponunt, cum utrumq; illud nomen *צדקנו* in locis allegatis denominati, neutrum, in formâ, denominantis sit) expositioni opponunt inapplicabilitatem Prophetiæ integræ ad alterutrum Messiam, unde argumentum: Si quæ in hoc textu Prophetico prædicantur, nec sunt applicabilia omnia ad *Messiam Filium Joseph*, nec ad *Messiam filium David*. E. nullo modo *ad Messiam referenda*. Sed E. Probant minorem, quoad membrum 1. tali prosyllogismo: *Messias filius Joseph*, non ascendit ad illam excellentiam, ut de illo dici possit: *Exaltabitur, elevabitur, & excelsus erit valde* &c. E. non est

subjectum huius Prophetie. Ratio antecedentis, Messias filius Joseph in ipso statim prælitorum pro liberatione Judæorum, initio, occidet. E. non ad illum gloriæ gndum perveniet, ut de illo dici possit triplicatum illud exaltationis vocabulum 1. יָרִים, 2. נָשָׂא, 3. גָּבַהַ כְּנֹכַח nec illud in c. 53. v. 10. videbit semen, prolongabit dies, & delectatio Jehova per ipsum prosperabitur.

Concl. 7. Probant minorem, quoad membrum 2. Messias filius David non erit sine formâ & decore, sine desiderabili specie, nec contemptus & abjectissimus Virorum, non doloribus affectus, & expertus morborum, non sic contemptus, ut (more miserorum conspici nolentium) abscondat faciem suam à nobis &c. E. Messias filius David non est, נָשָׂא s. *subjectum huius Prophetie. Ratio antecedentis partim petitur ex historiâ Judaicâ, in quâ Messias ben David describitur non nisi ut Victor gloriosus, & triumphator magnificentissimus, debellator & Turcorû (s. Gog & Magog) & Edomæorum (s. quos sub Armillo Romano ponunt, Christianorum) partim ex Prophetiâ Isaia c. 42, 1. 2. 4. c. 11, 1. 2. 10. Ratio illationis ex v. 2. 3. c. 53. quibus tam pro excludendo Messia filio Joseph, quàm altero Ben David, opponuntur in Synagogâ reprobata, ex hoc Textu Isaiano, longè plurima e. c. ex c. 52, 14. c. 53, 4. 5. 8. 10. & imprimis illud וְלֹא יִוָּדַע in v. 8. c. 53. quod sit רַבִּים רַבִּים s. numeri pluralis, & pro quo adeò substituendum fuerit לֹא s. pronomen affixum numeri singularis, vel בְּרִשׁוֹן יוֹדֵד, si de uno hîc agatur Messia scil. (sive illius Ben Joseph, sive alterius, Ben David) individuo.*

Concl. 8. Negatur autem consequentia. *textus hic Propheticus integer non potest legitimari in altero Messia. E. non agit de Messia. Supponitur quod falsum, sc. traditio recentior de duplici Messia, utroq; quidem Bellatore pro Judæis liberandis: sed sic, ut alter infelix, in ipso statim exorsu, occidat, alter aurem eidem succedens, bella inchoata contra Saracenos & Edomæos feliciter ac triumphaliter conficiat, quod utrumque commentum toties ex ipsâ experientiâ e. c. in bellis Godofridi Boullionæi, adversus Muhammedanos & Muhammedanorum adversus Christianos, imprimis Constantinopolitanos, quin & hoc ipso anno quo novus*

Pfeu

Pseudo-Messias Judaeorum, post Synagogas ferè omnes, ipsas etiam Europæas jam immanibus pollicitat ionibus evocatas & inelscatas, tandem re desperatâ, ad castra confugit Muhammedanorum; de falsitate convictum, tamen iusto Dei iudicio, excæcati populi est velamentum. Nobis in promissione & Prophe tiâ non nisi unus verus Messias est, idemq; & verè filius David, & (ως εὐαγγελιζε) Filius Joseph. Luc. 3, 23, & Rex quidem ac hostium debellator longè potentissimus: sed' ejus regnum *non est de hoc mundo*, de quo si esset, nec ipsi Regi, qui pro se certarent, satellites & bellatores defuturi essent. Joh. 18, 36. Admittimus quidem duplicem in Christo statum, prout & credimus duplicem Messie adventum unum humilem, ad patiendum, alterum gloriosum, ad judicandum: sed non geminum Christum, unum miserum sc. filium Joseph, alterum felicem, filium David, quod stolidum est Judæorum figmentum. Negatur adeò iterum consequentia: Non omne hujus & illius cap. 11. & cap. 42. Prophetiæ prædicatum est applicabile *vel* alterutri, *vel* utriq; ex illis Messie *individuis*, nec *uni individuo* & vero Messie, sub ratione *status unius*. E non est applicabile uni Messie (salvâ prædicatorum distributione) ratione *status duplicis*, sub uno scil. *exinanitionis*, altero *exaltationis*.

Concl. 9. Sed & negatur consequentia 2. *Illud affixum in W est plurale. E nequaquam hic datur NW s. subjectum Prophetiæ singulare s. individuale.* Quia: posito significato plurali, dijudicandum adhuc fuerit, an rectius tot ac tanta prædicata singularia s. unius singularis individui expressiva; propter unam Syllabam pluralem, explicentur pluraliter & adeò populariter? Et annon potius una illa particulæ affixa Syllaba pluralis, propter concursum tot ac tantorum prædicatorum singularium s. singulare individuum (Messie) persuadentium, sit accipienda singularitèr & ponendum *Exemplum* inter *ἀπαξ λεγόμενα*, qvalia non deesse scripturis authenticis, publicè constat. 2. Quin si detur omne W plurale, nihil obstarèt, quò minùs ad ipsum populum referre liceret, ut sensus sit: *Messias est ex se suis è terrâ viventium, ex defectione populi, quæ defectio futurum erat plaga ipsi populo, nisi scil. ipse Messias*

as à defectionibus illis fuisset dolore affectus & è terrâ viventium excisus. conf. c. 53, 5 7. 8. 3. Si Judæis recentioribus non obstante מו plurali in v. 8 licuit totam Prophetiam explicare de singularibus individuis, E. nec obstante suppositione plurali מו licuit Jonathani & vetustioribus ipsorum Judæorum commentatoribus explicare de uno individuo promissi Messia. Sed E. Minor ex praxi constat, cum Haggæonis festa de uno Jeremiâ, Abarbinel autem, qui tantos occasione hujus unius Syllabæ מו in simpulo fluctus excitat, de uno Josiâ explicet. Sed, quia hoc bellum de voce למו infra redibit, nunc plura non addimus.

Concl. 10. Nec minùs abeunt in fumos, quæ Jonathanis & veterum de MESSIA expositioni opponunt sc. i. שבע הכתובים לא יסבכלנו i. e. naturam predicatorum non admittere talem applicationem. עם היות שפירשו הפסוקים הראשונים על המשיח לא פירשו פירוש כ"א על ישראל i. e. Licet exponant versus priores de Messia, tamen posteriores de Ismele. 3. גם חכמים "זל דרשו לכן אחלק לו ברבים. i. e. Si exinde, quod quidam Rabbini verba illa v. 12. Dabo ei partem pro multis mysticè de Mose explicuerunt, non sequitur, totam Pharascham agere de Mose. E. nec à particulâ textus ad Messiam à Jonathanè relatâ ad totam Prophetiam soli Messia individuo applicandam valere consequentiam 4. ipsum Ramban, licet de Messia exposuerit, tamen haut dissimulasse se probare expositionem textus de Synagogâ Ismelis. unde concludunt: 1. לא יעלה להם על דעת שהוא פירוש האמת כדרך הפשט אלא וואסמכתהו id est. intentionem Jonathanis haut fuisse, reverè & sensu literali de Messia intelligendum hoc esse: sed allegoricè saltem & populariter sic fuisse, & quod erat vesua מקובל seu מתקבץ בזהו hic accommodasse. 2. לא יחשבו שהיה כן הכוונה האמתית. i. e. Non reputavisse illam expositionem, verâ Prophetæ intentionē. Respondetur enim ad 1. Messia, quoad naturas, personâ, officium, statû legitimum, falsum illud assertum, prout constat ex inductione מתקבץ

משיח וְ דֹזָוָן Messia. Ad 2. partim falsum (cum Jonathan etiam plura textus de Messia explicet) partim male illatum: cum a negatione cognitionis ad negationem cognoscibilitatis s. intelligendi juris non V. C. Rectius a particulâ Prophetici textus de Messia explicatâ, ad totum de Messia intelligendum, quàm a parte textus Prophetici de Messia non explicatâ, ad nihil hujus Prophetici oraculi de Messia intelligendum infertur: Ad 3. Ab allusione quadam vel adumbratione texti per exempli sacri præteriti, ad expositionem non V. C. Quomodo Messia cesserit חֲרִיבִים חֲרִיבִים adumbrare saltem voluerunt exemplo Mosis. Ad 4. satis esse, illius Rabbinum Mosis ætate expositionem de Messia adhuc obtinuisse, velut a majoribus sic traditam, et si deinceps, quia verus Messias a Synagoga pertinaciter repudiatus, nec ex suis characteribus rectè creditus, planè abutum, & de Messia hinc agi est negatum.

Concl. II. Vidimus, quas, ut Jonathanem (cujus aliàs auctoritas sacrosancta Synagoga) eripiant, expositioni Christianæ præeuntem, tenebras suffundant, & quàm in horrida resqva abeant. Nec minùs recentioribus studium & quæsitum artificium, ut traditionem illam Synagoga veteris de prælaturâ Messia (1) סְמִיכָה. 2. מִשְׁרָי. 3. סְמִיכָה id est, præ Abrahamo, Mose, Angelis, elidant. Summa perversitatis est, vel 1. illud סְמִיכָה hic, non esse comparativum: sed causale (אין המס היתרון אלה הסכרה) ut sensus sit, obtenturum Messiam triplicem perfectionem, unam naturalem ex Abrahamo, secundam experimentalem ex Mose, tertiam coelestem ex Angelis, vel 2. esse quidem comparativum: sed non nisi respectu certi tertij scil. (1.) pietatis excellentioris etiam in Messia præ Abrahamo, (2.) liberationis nationalis (quâ solâ, non autem si-ve Prophetiæ gradu, si-ve promulgatæ Legis, si-ve miraculorum excellentiâ, præferatur Messias Mose). 3. Divini roboris, quo scil. superaturus Messias sit & nationes & Angelos gentium nationales, cujus bellicæ & invictæ virtutis respectu excellior dicatur ipsis Angelis. Cæterum benè, quod doctissimi Rabbiorum ipsi agnoscant primæ interpretationis violentam insulsiatam: אין דברי המאמר און דברי המאמר id est, Verba hujus interpretationis
nulla

nullo modo conveniunt expositioni veræ. In secundo autem, restrictio ipsa ad unum illud tertium, principium petit, plurimisq; falsis hypothesebus e. c. de Angelis, bonis inter se nationali studio imò & reciprocis victoriis Angelicis, divisis, aborat: quorum nihil inerat illi traditioni veteri de Messia excellentiâ absolutâ præ Abrahamo, Mose, Angelis. Quanto gravius & eminentius illa *excellentiâ Messie* præ Abrahamo explicatur ex Joh. 8. 56. 57. 58. illa præ Mose, ex Epistolâ ad Hebr. c. 3. 2. 3. præ Angelis, ex Epistolâ ad Hebr. c. 1. à v. 4. ad fin. Notetur Thesis Apostoli v. 4. *Christus tantò excellentior fuit Angelis quantò excellentius præ Angelis, nomen est sortitus.* Probat id I. quia Christus solus est FILIUS ab æternogenitus. v. 5. II. quia est ab ipsis Angelis adorandus v. 6. III. Est Angelorum Dominus, Rex æternus, verus Deus, cœli terræq; omnipotens conditor & destructor v. 7. 8. 9. 10. 11. 12. IV. Infessor dextræ majestatis v. 13. 14.

Classis 2. exhibens

bellum Judæorum.

In expositione hujus vaticini

de JEREMIA.

Concl. I.

Hæc Haggæonis fuit, quo vix ullum Rabbini celebrius nomen, laudata & *Aben Ezra*, & *Menachem* Judæorum Doctoribus primariis, ex quibus illam transcripsit *Hugo Grotius*, de quâ applicatione plûscula commentari, nihil attinet, postquam & supra in Grotio est notata, & ipsâ evanescit representationis evidentia. Quid enim valoris inest illis (quæ primariò hic urgentur ab illa parte) collationibus locorum sc. (1) Jerem. 1. 6. 7. (2) Jerem. 18. 20. (3) Jerem. 11. 19. 4. Jerem. 40. 5. cum (1) Jesaia c. 53. 2. (2) v. 12. (3) v. 7. (4) v. 12. ut ex inde probetur JEREMIAS subjectum Prophetiæ. Et opus haut est armis nostris, postquam domi hanc expositionem ipsi oppugnant. Protestatur Abarbanel se nullum membra Propheticum hic videre potuisse, quod pro *Jeremiâ* faceret: idq; per inductionem singulorum prædicatorum probat.

COROLLARIA RESPONDENTIS.

I. **N**uptias JESU infantis spirituales cum Ecclesia orientali in tribus
Magis egregie adumbrare nuptia Isaaci ex circumfisione primo-
geniti.

II. Ethnicorum ad Ecclesiam Christi vocationem non minus eleganter figuratur, improvisa copulatio Jacobi cum Lea. Ex Rabele a. Lea postmodum juncta conversio Judaeorum universalis colligitur.

III. Resurrectio mortuorum, & per cons. vita aeterna ex solo Pentateucho demonstrari fas est, probante Christo Matth. 22, 31-32.

IV. Mysterium S. S. Trinitatis fidelibus in V. T. non fuit incognitum.
V. Deitas Messia ex unico loco Ps. 45, 8. satis liquet.

VI. Deitas Sp. S. itidem ex unico loc. Job. 33, 4. probatur.

VII. Abisag de Sunem, qua memoratur 1 Reg. 1, 3. non fuit Davidis concubina, sed conjux.

VIII. Rex Salomon ad salutem aeternam pervenit, ^{Salomon ap. Job. & Danieli enumerantur} Greg. Ch. l. 2. moral. c. 2. Theodoretus ^{supra illa verba Rom. 11. sine presentia}

IX. Illi qui in V. T. vocantur filij Prophetarum, erant Theologiae ^{hic domus Dei. P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.} studiosi, eorumque Doctores vocabantur Patres. 1. Sam. 10, 12. 2. Reg. 2. ^{act. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.} 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

X. Signa diem novissimum sive praecessurum concomitantia Matth. 24, 29. Marc. 13, 24. 25. Luc. 21, 25. 26. juxta litteram intelligenda sunt.

XI. Crucem Christi abs Helena Augusta esse inventam non credibile est, quicquid etiam Nicephoris dicat.

XII. Proximi sui bona gravi cum fenore tenere, mortale est peccatum & homini Christiano abominandum.

Ad Praestantissimum DN. RESPONDENTEM,

De Christo posito Judaeis in signum contradictionis.

Est JESUS signum, cui contradicitur: alter
Doctrina, JESU moribus alter abit.
Tu studio sequeris. Te pulpita publica cernunt
Assiduum, sine te priva nec ulla calent.
Hoc est laudis opus. DOMINO fac caetera consent
Ut tuus egregio currat in orbe labor.
Nunc gladto jugulare placet, recutitus Apella
Quae docet, & fidei conciliare fidem.
Sit felix! quod agis, quod ages, Deus ipse secundet.
Fac patriae possis ut superesse decus!

A. VARENIUS.

Pulpita doctorum scandis, sublimis tractas,
Gratulor. Hoc urge coeptum: fructus feret à te
Patria sic culpos, & digna brabea reponet
Hisce tuis studiis qui mundi sidera torquet.

Ludovicus Grell, Lubecensis. S. S. Theol. Stud.

Mitius est Colub, quam justius. Impius orbis
Dum ruit, & Sceleri campus ubiq; patet,
Numen aberranti punivit crimina dextrâ,
Haust & immeritum non sua noxa caput.
It Scelus intactum; virtus rea facta, tribunal,
Et nomen Scelera, suppliciumq; subit.
Hoc Labyrinthum tibi, si at decurrere pensum,
Quâ Tibi sedulitas monstrat, Amice, viam.
Non erras, animum dum volvis in hoc Labyrintho:
Nec Tua res errat, rem quia dexter obia.
Seu sequer laudem, seu premia plura laboris,
Hic Labyrinthus, & hic est Ariadna Tibi.

Christophorus Behr, Gedan.


Gewiß/ wer seinen Nahmen mit Tugend Ruhm beehrt/
Der ist zwar hohes rühmens/ doch keines wunders wehrt:
Denn wer sich keiner Mühe/ noch Arbeit läßt verdriessen/
Hört Weisheit volle Hüpfert/ von denen kan man schliefen:
Es fließt auß süßen Quellen kein trüb-vergälder Bach/
Es rufft der Tugend Zungen kein schädlichs Echo nach.
Ihm hat der Tugend Schöne/ Vielwehrtet/ eingesendet
Ein Mann/ den uns der Höchste zur Seulen hat geschendet.

Joh: Casp. Rist.

Mein Freund/ der mich vorhin auff gleicher art beschret
Dem waer ich schuldigst auff; in dem tezt pindus lehret
Wie Er zu achren sey. Es brachte längst ans Licht
Sein Müß sein steter Fleiß/ und seiner Vers Gedicht
Den wahren Fleißes Ruhm: jetzt steigt Er auff die Spizen
Der Musen Göttinn hin/ und machet da erhitzen
Die Geister voll Verstand und wolbegabter Jung
Ich wünsch das solche Ehr bey Ihm offti werde jung

B. U. B. S.






ORATIO VI.

Pseudo Messias Judaeorum, post Synagogas feri-
iam Europæas jam immanibus pollicitat ionib
elcatas, tandem re desperatâ, ad castra confu-
norum, de falsitate convictum, tamen iusto Dei
populi est velamentum. Nobis in promissione
nisi unus verus Messias est, idemq; & verè filius
(Filius Josephi. Luc. 3, 23. & Rex quidem
lator longè potentissimus: sed cujus regnum no-
de quo si esset, nec ipsi Regi, qui pro se certarent,
tores defuturi essent. Joh. 18. 36. Admittimus
in Christo statum, prout & credimus duplicem
unum humilem, ad patiendum, alterum gloriosu-
sed non geminum Christum, unum miserum scilicet
terum felicem, filium David, quod stolidum est
tum. Negatur ad eò iterum consequentia: N
illius cap. 11. & cap. 42. Prophetiæ prædicatum
alterutri, vel utriq; ex illis Messia: *individuum*, n
vero Messia, sub ratione *status unius*, E non
Messia (salvâ prædicatorum distributione) rati-
sub uno scilicet *eximentionis*, altero *exaltationis*.

Concl. 9. Sed & negatur consequentia
id est plurale. E. nequaquam hic datur NWD s. s.
singulare s. individuale. Quia: posito significa-
candum adhuc fuerit, an rectius tot ac tanta præ-
si unius singularis individui expressiva; propter
pluralem, explicentur pluraliter & ad eò popul-
potius una illa particulæ affixa Syllaba pluralis-
sum tot ac tantorum prædicatorum singularium
viduum (Messia) persuadentium, sit accipi-
& ponendum *Exemplum* inter *ἀντιέλεγετο*,
scripturis authenticis, publicè constat. 2. Quin-
plurale, nihil obstat, quò minus ad ipsum pop-
ret, ut sensus sit: *Messias est ex se suis è terrâ vivent-
populi, quæ defectio futurum erat plaga ipsi populo, n*
S. 7. 3)



the scale towards document